e-codices

a me malignum non cognoscebam. Detrahentem secreto proximo suo: hunc persequebar. Superbo oculo et insaciabili corde: cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terre ut sedeant mecum: ambulans in via immaculata: hic michi ministrabat. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam qui loquitur iniqua: non direxit in conspectu oculorum meorum. In matutino interficiebam omnes peccatores terre: ut disperderem de civitate domini omnes operantes iniquitatem. ℟ Iubilate deo omnis terra ℣ Clamor meus Ps.

Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. Non avertas faciem tuam a me: in quacumque die tribulor: inclina ad me aurem tuam. In quacumque die invocavero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum ut fenum et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei adhesit os meum carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domi

License: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. f.%2085r – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/en/snm/LM004624-2/f.%2085r)